



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

63. De mulieribus quæ partus suos necant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

neglegentiam non baptizatus obierit, annum unum pœniteat, & nunquam sit sine aliqua pœnitentia. Si autem per neglegentiam sacerdotis. Require in primo libello cap. cxxix.

Vide supra lib. 1. c. 128. & seqq.

De mulieribus quæ partus suos necant.

Ex Concilio Ancyrano.

LXIII. De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem diffinitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removet. Humanius autem nunc diffinimus ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentia largiatur.

Concil. Ancyran. c. 20.
Halitgar. lib. 4. c. 3.
Rhab. epist. ad Heribald. c. 8.
Burchard. lib. 17. c. 54.

De eadem re. *Ex Concilio Hilerdensi.*

LXIV. Hi verò qui malè conceptos ex adulterio factos vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris, id est, patri vel matri, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omnino tempore vitæ suæ fletibus & humilitati insistant.

Concil. Hild. c. 2.
Rhab. epist. ad Heribald. c. 9.
Burchard. lib. 17. c. 52.

De eadem re. *Ex Concilio Heliberitano.*

LXV. Si qua mulier, absente marito, per adulterium conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine ei dandam communionem, eò quòd geminaverit scelus.

Concil. Eliberitan. c. 63.
Rhab. epist. ad Heribald. c. 8.
Burchard. lib. 17. c. 51.

Si qua mulier partum suum excusserit.

Ex Pœnitentiale.

LXVI. Si qua mulier partum suum ante